



U n i v e r s i t a t i Q u a e
S h e p h e r d A p p e l l a t u r

os vobis gratulamur de hac vestra sollemnitate, felici et beata, gloriosa ac venerabili. Salutemque prosperitatemque academiae vestrae honoratae perpetuam maxime optamus. ♪ ♪ ♪ ♪ ♪ ♪

Hobis etiam coniuncti sumus, sicut socii et necessarii, studio communi scientiae investigandae necnon humanitatis artium tradendarum et spe communi his rebus genus humanum in melius provehendi, nam verba illa vetera praedicamus: Nil esse ad beatam vitam sublimius adipiscendam, nil ad exercitium incundius, nil contra vitia fortius, nil in omni dignitate laudabilius, nil ad regendum populum magis necessarium, nil ad componendam vitam in optimos mores melius quam sapientiae decus et disciplinae laudem et eruditionis efficaciam. ♪ ♪ ♪

Vires vestrae igitur crescant, et lumen vestrum luceat in perpetuum. Accipite, precamur, hoc testimonium nostrae benevolentiae. ♪ ♪ ♪ ♪ ♪ ♪



Cecilia A. Sullivan
Praesidens Universitati Virginianae

Datum Charlottesville,
Die viii Mensis Aprilis
Anno Dominicae Incarnationis
MCMXXI